

IV. Notetur confirmatio, Vt revelentur multorum cordium cogitationes.

V S V S.

Videmus itaq; quænam sit causa finalis, quod D E U S suos electos cruce permittat premi.

DE III. LOCO.

Describitur Hanna:

1. à Donis.
2. à Parentibus.
3. à Tribu.
4. à Vitæ genere.
5. ab Ætate.
6. à Rebus gestis.

V S V S.

1. Ex quibus circumstantiarum annotationibus liquet, Dominum probè nosse suos electos. Quapropter pietati studeamus, atq; Hannæ Exemplo Dominum glorificemus; præsertim autem omnes Viduæ pietatem Hannæ imitentur. 2. Tim. 2.

Omnesq; senes pietatis exemplo juventuti præluceant.

DE IIII. LOCO.

Et ut perficerent omnia secundum legem Domini, reversi sunt in Galileam, in civitatem Nazareth.